

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Cod. Biblia sacra (omisso Psalterio)**

Biblia sacra (omisso Psalterio) - Lichtenthal 13

**Lichtenthal (?), [um 1300]**

Ezechiel (bricht ab in cap. XXXVI, 38)

[urn:nbn:de:bsz:31-35330](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-35330)

**Incipit p[re]fatio s[an]c[t]i ieronymi  
presbiteri in ezechiele p[ro]pham.**



**E**zechi  
el  
p[ro]pheta  
c[um] ioa  
chim  
rege iu  
da cap  
tiuus  
ductus

est in babilonem. ibiq[ue] h[ic] his  
qui c[um] eo captiuu ducti fue  
rant p[ro]phetauit. penitentib[us]  
q[ui] ad iheremie uaticinium  
se ultro aduersarius tradidit  
fent. cum uiderent adhuc ier  
bem ierlm stare. quam ille  
casuram esse p[re]dixerat. Tri  
cesimo aut[em] etatis sue anno &  
captiuitatis quinto. exorsus  
est ad concaptiuos loqui. &  
eodem tempe licet posterior h[ic]  
in chaldeia. iheremias in iu  
dea p[ro]phetauerunt. Sermo ei  
nec satis disertus nec admodu[m]  
rusticus est. s[ed] ex utroq[ue] me  
die temperatus. Sacerdos & ip  
se sic & iheremias. principia  
uoluminis & finem magnis  
habens obscuritatib[us] inuolu  
ta. S[ed] & uulgata ei editio.

n[on] multum distat ab hebraico.  
unde satis miror quid cause  
extiterit. ut si eisdem in uni  
uersis libris habemus interpre  
tes. in aliis eadem in aliis di  
uersa transtulerint. Legite  
g[er] & hunc iuxta translatione[m]  
n[ost]ram. quia p[er] cola scriptus  
& comata manifestiorem sen  
sum legentibus tribuit. Si  
autem amici mei sublannaue  
runt & hunc. dicite illis. quod  
nemo eos compellat ut scripta  
mea legant. S[ed] uereor ne illd  
eis eueniat q[ui]d grece significan  
tius dicit. ut uocent fagolido  
ri id est manducans senecias.

**Explicit p[re]fatio. Incip[itur] ezechi[el] p[ro]pha.**



**F**actū  
est in  
tricesi  
mo an  
no in  
quarto  
in q[ui]nta  
mensis.  
cū e[ss]em

in medio captiuor[um] iuxta flu  
men chobar. aperti s[un]t celi.  
& uidi uisiones dei. Ipse est  
annus quintus transmigra  
tionis regis ioachim. factū

est uerbum dñi ad ezechiel fi  
lium bura sacerdotē in t̄ra cal  
deoz iuxta flumen chobar. &  
facta est sup eū ibi manus dñi.  
Et uidi. & ecce uentus turbi  
nis ueniebat ab aquilone et  
nubes magna & ignis inuol  
uens & splendor in circuitu  
ei. & de medio ei quasi speci  
es electri id est de medio ignis.  
& in medio ei similitudo qua  
tuor animalū. & hic aspectus  
eor. Similitudo hominis in  
eis. Quatuor facies uni. & quatuor  
penne uni. & pedes eor  
pedes recti. & planta pedis e  
or quasi planta pedis uitu  
li. & scintille quasi aspectus  
eris candentis. & manus ho  
minis sub pennis eor in qua  
tuor partib. Et facies & pen  
nas p̄ quatuor partes habe  
bant. iuncteq; erant penne  
eor alterius ad alterum. Nō  
reueriebant cū incederent. h̄  
unum qd̄q; ante faciem suā  
gradiebat. Similitudo autem  
uultus eor facies hominis &  
facies leonis adextris ipsor  
quatuor. facies autē bouis  
a sinistris ipsor quatuor. &  
facies aquile desup ip̄or qua

tuor. & facies eor & penne e  
or. extente desup. Due pen  
ne singulor iungebant & du  
e tegebant corpa eor. & unū  
qd̄q; coram facie sua ambu  
labat. Vbi erat impetus spe  
illuc gradiebant. nec reuer  
tebant cū ambularent. Et  
similitudo animalū aspectus  
eor quasi carbonū ignis ar  
dentū. & quasi aspectus  
lampadar. Hec erat discur  
rens uisio in medio anima  
lū. splendor ignis & de igne  
fulgur egrediens. Et anima  
lia ibant & reuertebant in  
similitudinem fulguris cho  
ruscantis. Cumq; aspicerem  
animalia. apparuit tota u  
na sup t̄ram iuxta animalia  
a habens quatuor facies. Et  
aspectus totar & opus ear. q̄  
si uisio maris. Et una simi  
litudō ipsar quatuor & aspec  
tus ear & opera. quasi si sit  
tota in medio rote. P̄ quatu  
or partes ear euntes ibant. &  
nō reuertebant cū ambularent.  
Statura q̄ erat rotis & alti  
tudo & horribilis aspectus. &  
totū corpus plenū oculis ante  
& retro in circuitu ip̄or qua

tuor. Cumq; ambularent animalia ambulabant pariter & rote iuxta ea: & cum eleuarent animalia de terra eleuabantur simul & rote. Quocumq; iobat spiritus illuc eunte spiritus & rote pariter leuabantur sequentes eum. Spiritus enim uite erat in rotis. Cum euntibus ibant & cum stantibus stabant: & cum eleuatis pariter eleuabantur & rote sequentes ea: quia spiritus uite erat in rotis. Et similitudo super capita animalium firmamenti quasi aspectus cristalli horribilis: & extenti super capita eorum desuper: sub firmamento autem penne eorum recte alterius ad alterum. Unum quodque duab; alis uelabat corpus suum: & alterum similiter uelabat. Et audiebam sonum alarum: quasi sonum <sup>agitantium</sup> multarum. quasi sonum sublimis dei. Cum ambularent quasi sonus erat multitudinis: ut sonitus castrorum. Cumq; starent: dimittebantur penne eorum. Jam cum fieret uox supra firmamentum quod erat super caput eorum: stabant & submittebant alas suas. Et super firmamentum quod erat imminens capiti eorum quasi aspec-

tus lapidis saphiri similitudo tribui: & super similitudinem throni similitudo quasi aspectus hominis desuper. **II. ANNO.**  
**E**t uidi quasi speciem electri uelut aspectum ignis intrinsecus eius per circuitum a lumbis eius & desuper: & a lumbis eius usque deorsum uidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu. uelut aspectum arcus cum fuerit in nube in die pluuie. Hic erat aspectus splendoris per gyrium: hec uisio similitudinis glorie domini. Et uidi: & cecidi in faciem meam. Et audiui uocem loquentis: & dixit ad me. Fili hominis sta super pedes tuos: & loquar tecum. Et ingressus est in me spiritus postquam locutus est mihi: & statuit me super pedes meos. Et audiui loquentem ad me et dicentem. Fili hominis mitto ego te ad filios israel: ad gentes apostatrices que recesserunt a me. Ipsi & patres eorum peruaricati sunt pactum meum usque ad diem hanc. & filii dura facie & indomabili corde sunt ad quos ego mitto te: & dices ad eos. hec dicit dominus deus si forte uel audiant & si forte quiescant quia

domus exasperans est. & scient  
 quia propheta fuit in medio  
 eorum. Tu ergo fili hominis ne  
 timeas eos. neque sermones eorum  
 metuas. quia increduli & sub  
 uersores sunt tecum. & cum scor  
 pionibus habitas. Verba eorum ne  
 timeas & uultus eorum ne formides.  
 quia domus exasperans est. Lo  
 queris ergo uerba mea ad eos si for  
 te audiant & quiescant. quoniam  
 irritatores sunt. Tu autem fili ho  
 minis audi quecumque loquor  
 ad te. & noli esse exasperans  
 sicut domus exasperans est. Aperi  
 os tuum. & comede quecumque  
 ego do tibi. Et uidi. & ecce ma  
 nus missa ad me in qua erat  
 inuolutus liber. & expandit  
 illum coram me qui erat scrip  
 tus intus & foris. & scripte erant  
 in eo lamentationes & carmen  
 & ue. Et dixit ad me. Fili ho  
 minis. quodcumque inueneris  
 comede. Comede uolumen istud.  
 & uadens loquere ad filios israhel.  
 Et apertum os meum. & cibauit me  
 uolumine illo. Et dixit ad me.  
 Fili hominis uenter tua comede  
 det. & uiscera tua complebuntur  
 uolumine isto quod ego do tibi. &  
 comedi illud. & factum est in

ore meo sicut mel dulce. Et dixit  
 ad me. Fili hominis. uade et  
 ingredere ad domum israhel. & lo  
 queris uerba mea ad eos. Non  
 enim ad populum profundi sermonis &  
 ignote lingue tu mitteris ad do  
 mum israhel. neque ad populos multos  
 profundi sermonis & ignote lin  
 gue quorum non possis audire sermo  
 nes. Et si ad illos mittereris ip  
 si audirent te. domus autem israhel  
 nolunt audire te quia nolunt au  
 dire me. Omnis quippe domus  
 israhel attrita fronte est. & duro  
 corde. Ecce dedi faciem tuam ualen  
 tiorum faciebis eorum. & frontem  
 tuam duriorum frontibus eorum. Ut  
 adamantem & silecem dedi faci  
 em tuam. Ne timeas eos neque  
 metuas a facie eorum. quia do  
 mus exasperans est. **III.**  
 Et dixit ad me. Fili ho  
 minis. omnes sermones  
 meos quos loquor ad te assume  
 in corde tuo & auribus tuis audi.  
 & uade ingredere ad transmigra  
 tionem ad filios populi tui & loque  
 ris ad eos. & dicens. hec dicit dominus  
 deus. si forte audiant & quiescant.  
 Et assumpsit me spiritus & audiui  
 post me commotionis uocem mag  
 ne. benedicta gloria domini de loco

suo: & uocem alarum anima-  
 lum percutientium alteram ad  
 alteram: & uocem rotarum sequē-  
 tium animalia: & uocem como-  
 tionis magne. **S**pe quod eleuauit  
 me & assumpsit me: & abiit in  
 indignatione spei mei: manus  
 enim domini erat mecum confortans  
 me: ueni ad transmigrationem  
 ad aceruum nouarum frugum:  
 ad eos qui habitant iuxta flu-  
 men chobar: & sedi ubi illi se-  
 debant: & mansi ibi septem di-  
 eb' merens in medio eorum. **C**um autem  
 pertransissent septem dies: factum  
 est uerbum domini ad me dicens. **F**i-  
 li hominis speculatorem dedi te  
 domui israel: & audies de ore meo  
 uerbum & annuntiabis eis ex  
 me. **S**i dicente me ad impium  
 morte morieris non annuntiaue-  
 ris ei neque locutus fuisset ut auer-  
 tat a uia sua mala & uiuat:  
 ipse impius in iniquitate sua  
 morietur: sanguinem autem eius de  
 manu tua requiram. **S**i autem  
 tu annuntiaueris impio & ille  
 non fuerit conuersus ab impietate su-  
 a & a uia sua impia: ipse quidem  
 in iniquitate sua morietur: tu  
 autem animam tuam liberauisti. **S**ed  
 & si conuersus iustus a iusticia

sua fecerit iniquitatem ponam  
 offendiculum coram eo. **I**pse  
 morietur quia non annuntiasti ei  
 in peccato suo morietur: & non erit  
 in memoria iusticie eius quas fe-  
 cit: sanguinem uero eius de manu  
 tua requiram. **S**i autem tu annun-  
 tiaueris iusto ut non peccet iustus  
 & ille non peccauerit: uiuens ui-  
 uet quia annuntiasti ei: & tu  
 animam tuam liberauisti. **E**t facta  
 est super me manus domini: & dixit ad  
 me. **S**urgens egredere in cam-  
 pum: & ibi loquar tecum. **E**t  
 surgens egressus sum in campum:  
 & ecce ibi gloria domini stabat quasi gloria  
 quam uidi iuxta flumen chobar.  
**E**t cecidi in faciem meam. **E**t inges-  
 sus est in me spiritus & statuit me su-  
 per pedes meos & locutus est mihi: & dixit  
 ad me. **I**ngredere & includere in  
 medio domus tue. **E**t tu fili ho-  
 minis ecce data sunt super te uin-  
 cula & ligabunt te in eis: & non  
 egredieris in medio eorum: & lingua  
 tua adhaerescet faciam palato tu-  
 o: & eris mutus nec quasi uir ob-  
 iurgans quia domus exarsans  
 est. **C**um autem locutus fuero tibi aper-  
 iam os tuum: & dices ad eos. **H**ec  
 dicit dominus deus. **Q**ui audit audiat  
 & qui quiescit quiescat: quia

domus exasperans est. **III.**

**E**t tu fili hominis sume t'  
laterem & pones eū corā te  
& describes in eo ciuitatē ierlm.  
& ordinabis aduersus eam obsidi  
onem & edificabis munitiones  
& comportabis aggerem & da  
bis contra eā castra & pones a  
rietes in gub. Et tu sume t' lar  
taguem ferream. & pones eam  
in ierlm. & int' te & int' ci  
uitatem & obfirmabis faciē tu  
am ad eam & erit in obsidione  
& circumdabis eam. Signū est  
domui isrl. Et tu dormies sup  
latus tuū sinistrū & pones in  
iquitates domus isrl sup eo nu  
mero dierum quib' dormies sup  
illud & assumes iniquitatem  
eor. Ego autem dedi tibi annos  
iniquitatis eor numero dierum  
trecentos & nonaginta dies & por  
tabis iniquitatem domus isrl.  
Et cum compleueris hec dormi  
es sup latus tuū dextrū scdō. et  
assumes iniquitatem domus iu  
da quadraginta dieb'. Die p an  
no. diem inquam p anno dedi  
t'. Et ab obsidionem ierlm conuer  
tes faciem tuā & brachium tuū  
erit exertum & pphetabis adū  
sus eam. Ecce circumdedi te uin

culis & n̄ te conuerteris a latē tuo  
in latus aliud. donec comple  
as dies obsidionis tue. Et tu  
sume t' frumentum & ordeum  
& fabam & lentem & milium  
& uiciam & mittes ea in uas  
unū & facies t' panes nume  
ro dierum quib' dormies sup  
latus tuū. Trecentis & nona  
ginta dieb' comedes illud. Ci  
bus aut' tuus quo uesteris erit  
in pondere uiginti stateres in  
die. A tempe usq; ad tempus  
comedes illud. Et aquam in  
mensura bibes. sextam partē  
hui. A tempe usq; ad tempus  
bibes illud. Et quasi sub cine  
ritū ordeaceum comedes illud.  
& stercore qd egrediet' de homi  
ne opies illud in oculis eor. &  
dixit dñs. Sic comedent filii  
isrl panem suū pollutū int'  
gentes ad quas eiciam eos. &  
dixi. A a a dñe d's. ecce anima  
mea n̄ est polluta & morticinū  
& laceratū a bestis n̄ comedi  
ab infantia mea usq; nunc.  
& n̄ est ingressa in os meū om  
nis caro immunda. Et dixit  
ad me. Ecce dedi t' • fimum  
boum p stercoreib' humanis.  
& facies panē tuum in eo. Et

# CHIEL.

dixit ad me. fili hominis. ecce ego conteram baculum panis in ierlm. et comedent panem in pondere et in sollicitudine et aquam in mensura et in angustia bibent. ut deficientibus pane et aqua corruat unusquisque ad fratrem suum et tabescat in iniquitatibus suis. **V.**

**E**t tu fili hominis sume et gladium acutum radentem pilos assumes eum et duces per caput tuum et barbam tuam. Et assumes et stateram pondis et diuides eos. Terciam partem igni combures in medio civitatis iuxta completionem dierum obsidionis. et assumes tertiam partem et concides gladio in circuitu eius. tertiam uero aliam disperges in uentum. et gladium nudabo post eos. Et sumes inde paruulum numerum et ligabis eos in summitate pallii tui. et ex eis rursum tolles et picies in medium ignis et combures eos igni. et ex eo egredietur ignis in omnem domum isrl. Hec dicit dominus deus. Ista est ierlm. In medio gentium posui eam et in circuitum eius terras. et contempserunt iudicia mea ut plus esset

impia quam gentes. et precepta mea ultra quam terre que in circuitu eius sunt. Iudicia enim mea a piecerunt. et in preceptis meis non ambulauerunt. Idcirco hoc dicit dominus deus. Quia superastis gentes que in circuitu uero sunt. et preceptis meis non ambulastis et iudicia mea non fecistis. et iuxta iudicia gentium que in circuitu uero sunt non estis operati. idcirco hec dicit dominus deus. Ecce ego ad te et ipse ego faciam in medio tui iudicia in oculis gentium. et faciam in te que non feci. et quibus familia ultra non faciam. propter omnes abominatioues tuas. Ideo patres comedent filios in medio tui. et filii comedent patres suos. et faciam in te iudicia. et uentilabo uniuersas reliquias tuas in omnem uentum. Idcirco uiuio ego dicit dominus deus. nisi pro eo quod sanctum meum uiolasti in omnibus offensionibus tuis. et in omnibus abominationibus tuis. ego quoque confringam et non patret oculis meis. et non miserebor. Tercia pars tui peste morietur. et fame consumebitur in medio tui. et tertia pars tui gladio cadet in circuitu tuo. tertiam uero partem tuam

F

in omnem uentum dispergam  
 & gladium euaginabo post eos.  
**E**t compleam furore meo & re-  
 quiescere faciam indignatione  
 meam in eis et consolabor &  
 scient quia ego dñs locutus su  
 in celo meo cum impleuero in-  
 dignationem meam in eis. **E**t da-  
 bo te in desertum & in opprob-  
 rium in gentibus que in circuitu  
 tuo sunt: in conspectu omnis p-  
 tereuntis & eris obprobrium  
 & blasphemia exemplum & stu-  
 por in gentibus que in circuitu tu-  
 o sunt: cum fecero in te iudicia  
 in furore & in indignatione & in  
 increpationibus uestris: ego dñs locu-  
 tus sum. quando misero sagit-  
 tas famis pessimas que erunt  
 mortifere & quas mittam ut  
 dispergam uos. **E**t famem con-  
 gregabo sup uos: & conteram uo-  
 bis baculum panis & inmittam  
 in uos famem & bestias pessimas  
 usq; ad interitionem: & pestilen-  
 tia & sanguis transibunt p te. &  
 gladium inducam sup te. **E**go  
 dominus locutus sum. **VI.**

**E**t factus est sermo dñi ad me  
 dicens. Fili hominis: pone  
 faciem tuam ad montes isrl: &  
 prophetabis ad eos & dices. Montes

isrl. audite uerbum dñi dei. **H**ec  
 dicit dñs ds montibus & collibus: tu-  
 pibus & uallibus. **E**cce ego inducam  
 sup uos gladium & disperdam ex-  
 cella uestra & demoliar aras uestras:  
 & confringent simulachra uestra.  
**E**t deiciam interfectos uestris ante  
 idola uestra & dabo cadauera fili-  
 orum isrl ante faciem simulachrorum  
 uestrorum: & dispergam ossa uestra cir-  
 cum aras uestras in omnibus habi-  
 tationibus uestris. **U**rbes deserte erunt.  
 & excelsa demolientur & dissipabun-  
 tur & interibunt are uestrae & con-  
 fringentur: & cessabunt idola uestra  
 & conterentur delubra uestra & de-  
 lebuntur opa uestra & cadet inter-  
 fectus in medio uestri: & scietis  
 quia ego dñs. **E**t relinquam  
 in uobis eos qui fugerint gla-  
 dium in gentibus cum dispersero  
 uos in terris & recordabuntur  
 mei liberati uestri in gentibus  
 ad quas captiui ducti sunt:  
 quia contriui cor eorum forni-  
 cans & recedens a me. & oculos  
 eorum fornicantes post idola sua.  
 & displicebunt sibi met sup ma-  
 lis que fecerant in uniuersis  
 abominationibus suis: & sci-  
 ent quia ego dñs n̄ frustra lo-  
 cutus sum ut facerem eis ma-

**Q H I A L .**

lum hoc. **H**ec dicit dñs dñs. **P**cutte manū tuā & allide pedē tuū. & dic heu ad omnes abhominaciones maloz domus isrl. qui gladio fame peste ruituri sunt. **Q**ui longe est peste moriet. q̄ aut̄ p̄pe gladio corruet. & qui relictus fuerit & obsessus fame moriet. **F** compleam furorem & indignationem meā in eis. & scietis q̄ a ego dñs. cum fuerint interfecti ur̄i in medio idolorū ur̄orum. in circuitu araz ur̄arū. in omni colle excelso & in cunctis summitatib⁹ montū & subtus omne lignū nemorosum. & subtus uniuersam quercum frondosam. **T**ocum ubi accenderunt thura redolentia uniuersis idolis suis. **E**t extendam manū meā sup̄ eos. & faciam terram desolatam et destitutam a deserto deblatha in omnib⁹ habitationibus eoz. & scient quia ego dñs. **VII.**

**E**t factus est sermo dñi ad me dicens. **E**t tu fili hominis. hec dicit dñs dñs t̄re israhel. **F**inis uenit finis uenit sup̄ quatuor plagas t̄re. nūc finis sup̄ te. **E**t emittam furo

rem meū in te & iudicabo te iuxta uias tuas. & ponam cont̄ te omnes abhominaciones tuas. & n̄ parret ocl̄s meus sup̄ te & n̄ miserebor. **H** uias tuas ponā sup̄ te. & abhominaciones tue erunt in medio tui. & scietis quia ego dñs. **H**ec dicit dñs dñs afflictio una afflictio ecce uenit. finis uenit uenit finis. & uigilauit aduersum te. ecce uenit. uenit contractio super te qui habitas in terra. uenit tēpus. p̄pe est dies occisionis & n̄ gl̄e montium. **N**unc de p̄pi quo effundam iram meā sup̄ te & compleam furorem meū in te. & iudicabo te iuxta uias tuas. & imponam t̄ omnia scelerata tua. & n̄ parret ocl̄s me⁹ neq; miserebor. **H** uias tuas t̄ ponam t̄ & abhominaciones tue in medio tui erunt. & scietis quia ego sum dñs p̄cutiens. **E**cce dies ecce uenit. egressa est cōtractio. floruit uirga genuit sup̄bia. iniquitas surrexit in uirga impietatis. n̄ ex eis & n̄ ex p̄plo neq; ex sonitu eoz. & n̄ erit requies in eis. **V**enit tempus. appropinquauit dies. **Q**ui emittit n̄ letet. & qui

uendit n̄ lugeat ⁊ quia uia sup  
 omnē pplm̄ ei ⁊ q̄a qui uendit  
 ad id qd̄ uendidit n̄ reuertet ⁊  
 adhuc in uiuentib⁹ uita eoz. **V**  
 fio enī ad omnē multitudinē ei  
 n̄ regrediet ⁊ ut in iniquitate  
 uite sue n̄ confortabit. **C**anite  
 tuba. **P**parent omnes ⁊ n̄ est q̄  
 uadat ad plūm. **I**ra enī mea sup  
 omnē pplm̄ ei. **G**ladius foris ⁊ pel  
 tis ⁊ fames in tr̄nsecus. **Q**uī in  
 agro est gladio moriet ⁊ qui in  
 ciuitate pestilentia ⁊ fame deuo  
 rabunt ⁊ saluabunt qui fu  
 gerint ex eis ⁊ erunt in monti  
 bus quasi columbe conuallium  
 omnes trepidi ⁊ unusquisq̄ in  
 iniquitate sua. **O**mnes manus  
 dissoluent ⁊ omnia genua flu  
 ent aquis. **E**t accingent se cali  
 tis ⁊ opret eos formido. ⁊ in  
 omni facie confusio ⁊ in uniu  
 sis capitib⁹ eoz caluitiū. **A**rgen  
 tū eoz foris p̄ciet ⁊ aurum  
 eoz in sterquiliniū erit. **A**rgē  
 tū eoz ⁊ aurum eoz n̄ ualebit  
 liberare eos in die furoris dñi. **A**  
 nimā suam n̄ saturabunt ⁊ et  
 uentres eoz n̄ implebunt ⁊ q̄a  
 scandalum iniquitatis eoz fac  
 tum est. ⁊ ornamentum moni  
 liū suoz in supbiam posuerūt

⁊ imagines abominationū  
 suaz ⁊ simulachroz fecerūt  
 ex eo. **P**ropt̄ hoc dedi eis illd̄ in  
 immundiciā ⁊ dabo illd̄ in  
 manus alienoz ad diripiendū  
 ⁊ impijs t̄re in p̄dam ⁊ cō  
 taminabunt illd̄. **E**t auertā  
 faciem meā ab eis ⁊ uiolabūt  
 archanum meū ⁊ introibūt  
 in illd̄ emissarū ⁊ contamina  
 bunt illud. **F**ac conclusionē  
 quō terra plena est iudicio san  
 gumū ⁊ ciuitas plena ini  
 quitate. **E**t adducam pessimo  
 de gentib⁹ ⁊ possidebunt domos  
 eoz ⁊ quiescere faciam sup  
 biam potentū ⁊ possidebūt  
 sanctuaria eoz. **A**ngustia su  
 pueniente requirent pacem  
 ⁊ n̄ erit. **C**onturbatio sup con  
 turbationem ueniet ⁊ audi  
 tus sup auditū. **Q**uerent ui  
 sionē de p̄pha ⁊ lex p̄bit a sa  
 cerdote ⁊ consilium a senio  
 rib⁹. **R**ex lugebit ⁊ principes  
 induent merore ⁊ manus po  
 puli t̄re conturbabunt. **S**e  
 cundū uia eoz faciam eis ⁊ et  
 scdm̄ iudicia eoz iudicabo eos  
 ⁊ scient quia ego dñs. **VIII.**

**E**t factum est in anno sexto  
 in sexto mense in quinta

QHIAL.

mensis . ego sedebam in domo  
 mea . & senes iuda sedebant co  
 ram me . & cecidit sup me ibi  
 manus dñi dei . Et uidi : & ec  
 ce similitudo quasi aspectus ig  
 nis . Ab aspectu lumborū ei de  
 orsum ignis : & a lumbis ei &  
 sursum quasi aspectus splendo  
 ris : & uisio electri . Et emissa  
 similitudo manus apprehendit  
 me in cinctu capitis mei : &  
 eleuauit me spc inter terram et  
 celum : & adduxit me in ieru  
 salem in uisione dei iuxta osti  
 um interius qđ respiciebat ad  
 aquilonem : ubi statutū erat  
 idolum xeli ad puocandam e  
 mulationē . Et ecce ibi glā dei  
 isrl̄ : scđm uisionem quā ui  
 deram in campo . Et dixit ad  
 me . **F**ili hominis : leua oculos  
 tuos ad uiam aquilonis . Et le  
 uauit oculos meos ad uia aqu  
 lonis : & ecce ab aquilone por  
 te altaris idolum xeli in ipso  
 introitu . Et dixit ad me . **F**ili  
 hominis . putasne uides tu qđ  
 isti faciunt : abominationes  
 magnas quas domus isrl̄ facit  
 hic . ut procul recedam a sanc  
 tuario meo . Et adhuc conu  
 sus : uidebis abominationes

maiores . Et introduxit me ad  
 ostium atrii . **U**idi : & ecce fo  
 ramen unum in pariete . Et  
 dixit ad me . **F**ili hominis : fo  
 de parietem . **C**ū pfodissem pa  
 rietem : apparuit ostium unū .  
 Et dixit ad me . **I**ngredere : & uide  
 abominationes pessimas quas  
 isti faciunt hic . **I**ngressus ui  
 di : & ecce omnis similitudo rep  
 tilū & animalū abominatio .  
 & uniuersa idola domus isrl̄ de  
 picta erant in pariete in circui  
 tu p totū : & septuaginta uiri  
 de seniorib⁹ domus isrl̄ . & iezoni  
 as filius saphan stabat in medio  
 eorū stantium ante picturas : &  
 unusquisq; habebat thuribulū  
 in manu sua : & uapor nebulę  
 de thure consurgebat . Et dixit ad  
 me . **C**erte uides fili hominis qđ  
 seniores domus isrl̄ faciunt in  
 tenebris : unusquisq; in abscō  
 dito cubilis sui . **D**icunt enim .  
**N**on uidet nos dñs : dereliquit  
 dñs terram . **E**t dixit ad me . **A**d  
 huc conuersus uidebis abhomi  
 nationes maiores quas isti faci  
 unt . Et introduxit me p ostiū  
 porte domus dñi qđ respiciebat  
 ad aquilonem : & ecce ibi mu  
 lieres sedebant plangentes adonu

dem. Et dixit ad me. Certe uidisti fili hominis. Adhuc conuersi uidebis abhominaciones maiores his. Et introduxit me in atrium domus dñi interius: et ecce in ostio templi dñi int' uestibulum & altare <sup>quasi</sup> uiginti quinque uiri dorſa habentes contra templum dñi & facies ad orientem: & adorabant ad ortum solis. Et dixit ad me. Certe uidisti fili hominis. Nunquid leue est hoc domui iuda. ut facerent abhominaciones istas quas fecerunt hic. quia replentes terram iniquitate. conuersi sunt ad irritandum me. Et ecce applicant ramū ad naves suas. Ergo & ego faciam in futuro: n̄ parcat ocl's meus nec miserebor: & cū clamauerint ad aures meas uoce magna n̄ exaudiam eos. **IX. mmm.**

**E**t clamauit in aurib' meis uoce magna dicens. Appropinquauerunt uisitaciones urbis: & unusquisq; uas interfectionis habet in manu sua. Et ecce sex uiri ueniebant de uia porte superioris que respicit ad aquilonem: & unusquisq; uas interio' in manu ei'. uir q̄ unus i medio eorū uestitus lineis. & attri-

mentarium scriptoris ad renes ei'. Et ingressi sunt & steterunt iuxta altare eremum. & gla dñi isrl' assumpta est de cherub q̄ erat sup eū ad limen domus: & uocauit uirum qui indutus erat lineis & attramentarium scriptoris habebat in lumbis suis: & dixit dñs ad eū. Transi p̄ mediam ciuitatem in medio ierlm: & signa thau sup frontes uiroz gementū & dolentū sup cunctis abhominacionib' q̄ sunt in medio ei'. Et illis dixit audiente me. Transite p̄ ciuitatem sequentes eū: & percutite. Nō parcat ocl's uest': nec misereamini. Senem adolescentulum & uirginem & paruulū. & mulieres interficite usq; ad internicionem: omnē autē sup quem uideritis thau ne occidatis. Et a sanctuatio meo incipite. Ceperunt q̄ a uiris seniorib' qui erant ante faciem domus. Et dixit ad eos. Contaminate domū: & implete atria i' terfectis. Egredimini. Et egredi si sunt: & percutiebant eos qui erant in ciuitate. & cede cōpleta remansi ego. ruiq; sup faciem meā: & clamans aio. Heu

# Q̄H̄ĪĒL̄.

heu heu dñe d̄s . ergone disper  
 das omnes reliquias isrl̄ . effun  
 dens furorē tuū sup ierlm̄ . **Q̄**  
 dixit ad me . Iniquitas domus  
 isrl̄ & uide magna est nimis ual  
 de . & repleta est terra sanguini  
 bus . & ciuitas repleta est auer  
 sione . **D**ixerunt enī . Derelict̄  
 dñs terram . & dñs n̄ uidet . **I**ḡ  
 & meus n̄ patet ocl̄s . nec̄ mi  
 serebor . **V**ias eoz sup caput  
 eoz reddam . **E**t ecce uir qui in  
 ductus erat lineis . q̄ habebat  
 atramentariū in dorso suo .  
 respondit uerbum dicens . **F**eci  
 sic̄ p̄cepisti m̄ . **E**t uidi . & ecce  
 in firmamento qd̄ erat sup ca  
 put cherubin quasi lapis sa  
 phirus . quasi species simili  
 tudinis solū apparuit sup ea .  
 & dixit ad uirū q̄ inductus erat  
 lineis . & ait . **I**ngredere in me  
 dio rotaz que sunt subtus che  
 rubin . & imple manū tuam  
 prunis ignis que sunt inter  
 cherubin . & effunde sup ciui  
 tatem . **I**ngressusq; est in con  
 spectu meo . **C**herubin aut̄ sta  
 bant adextris domus cū ingre  
 deret̄ uir . & nubes impleuit  
 atrium interius . **E**t eleuata  
 est gl̄a dñi desup cherubin ad

lumen domus . & repleta est do  
 mus nube . & atrium repletū  
 est splendore gl̄e dñi . & sonitus  
 alarum cherubin audiebat̄ us  
 q; ad atrū exterius . quasi uox  
 dei omnipotentis loquentis . **C**ū  
 q; p̄cepisset uirō qui indutus  
 erat lineis dicens . sume ignē de  
 medio rotaz que sunt int̄ che  
 rubin . ingressus ille stetit iux  
 ta rotam . **E**t extendit cherub  
 manū de medio cherubin ad  
 ignem q̄ erat int̄ cherubin . &  
 sumpsit & dedit in manu ei q̄  
 inductus erat lineis . **Q̄** accipēs  
 egressus est . **E**t apparuit in che  
 rubin similitudo manus homi  
 nis . subtus pennas eoz . **X** .

**E**t uidi . & ecce quatuor  
 rote iuxta cherubin . ro  
 ta una iuxta cherub unum . &  
 rota alia iuxta cherub unum .  
**S**pecies aut̄ erant rotaz quasi  
 uisio lapidis crisoliti . & aspec  
 tus eaz similitudo una quatu  
 or . quasi sit rota in medio rote .  
**C**umq; ambularent . in quatu  
 or partes gradiebant̄ . **N**on re  
 uertebant̄ ambulantes . **S**ed ad lo  
 cū ad quē ire declinabant que  
 prima erat sequebant̄ & cetera . nec  
 conuertebant̄ . **E**t omne corpus

earum & colla & manus & p̄  
ne & circuli plena erant oculis  
in circuitu quatuor rotarū. Et  
rotas istas uocauit uolubiles  
audiente me. **Q**uatuor autē  
facies habebat unū. Facies u  
na facies cherub. & facies sc̄da  
facies hominis. & in tertio fa  
cies leonis. & in quarto faci  
es aquile. **E**t eleuata sunt che  
rubim. **I**psū est animal q̄d  
uideram iuxta flumen chobar.  
**C**umq; ambularent cherubin  
ibant parit̄ & rote iuxta ea.  
& cum eleuarent cherubim a  
las suas ut exaltarent a terra  
n̄ residebant rote. **I** & ipse iux  
ta erant. **S**tantib; illis stabant  
& cū eleuatis eleuabant. **S**pc̄  
enī uite erat in eis. **E**t egressa  
est gl̄a dñi a lumine templi.  
& stetit sup cherubim. **E**t ele  
uantia cherubim alas suas ex  
altata sunt a terra coram me.  
& illis egredientib; rote quoq;  
subsecute sunt & stetit in introi  
tu porte domus dñi orientalis.  
& gl̄a dñi isrl̄ erat sup ea. **I**psū  
est animal q̄d uidi subter ch̄m is  
rahel iuxta fluum chobar. &  
intellexi quia cherubim essent  
quatuor. p̄ quatuor uult; uni

& quatuor ale uni. & simili  
tudo manus hominis sub alis  
eorū. & similitudo uultuū eorū  
ipsi uultus quos uideram iux  
ta fluum chobar. & intuit̄  
eorū & impetus singulorū ante  
faciem suam ingredi. **E**t ele  
uauit me spc̄. & introduxit  
me ad portam domus dñi ori  
entalem que respicit solis or  
tu. & ecce in introitu porte  
uiginti quinq; uiri. & uidi  
in medio eorū iheroniam filiu  
azur & felchiam filiu banai  
principes ppli. **D**ixitq; ad me.  
fili hominis. hū uiri q; cogi  
tant iniquitatem. & tractāt  
consiliū pessimū in urbe ista  
dicentes. **N**onne dudum e  
dificate sunt domus. **H**ec ē  
lebes. nos autē carnes. **I**o cō  
uaticinare de eis. uaticinate  
fili hominis. **E**t irruit ī me  
spc̄ dñi. & dixit ad me. **L**oq  
re. **H**ec dicit dñs. **S**ic locuti  
estis domus isrl̄. & cogitatio  
nes cordis ur̄i ego noui. **P**luri  
mos occidistis in urbe hac. &  
impetistis uias ur̄as interfectis.  
**P**ropterea hec dicit dñs d̄s. **I**nt̄  
fecti ur̄i quos posuistis in medi  
o ei; hū sunt carnes. & hec est

lebes. Et educam uos de medio eius. Gladium metuistis. et gladium inducam sup uos die dñs ds. et eiciam uos de medio dabocq uos in manus hostiu. et faciam in uobis iudicia. Gladio cadetis. in finib' isrl' iudicabo uos. et scietis quia ego dñs. Hec n̄ erit uobis in lebetem. et uos n̄ eritis in medio ei' in carnes. In finib' isrl' iudicabo uos et scietis quia ego dñs. quia in p̄ceptis meis n̄ ambulastis et iudicia mea n̄ fecistis. s̄ iuxta iudicia gentium que in circuitu ur̄o sunt estis opati. Et factum est cum p̄phetarem. felchias filius banaie mortuus ē. Et cecidi in faciem meam clamans uoce magna et dixi. heu heu heu dñe ds. consumationē tu facis reliquar' isrl'. Et factū est uerbū dñi ad me dicens. fili hominis. fr̄atres tui fr̄atres tui uiri p̄pinq' tui. et omnis domus isrl'. uniuersi quib' dixerunt habitatores ierlm' longe recedite a dño. nobis data est tra in possessionē. Propterea hec die dñs ds. Quia longe feci eos in gentib'. et quia dispersi eos in terras. ero eis in sanctificatio

nem modicam in terris ad quas uenerunt. Propterea loquere. Hec die dñs ds. Congregabo uos de pplis. et adunabo de terris in quibus dispersi estis. dabocq uobis humū isrl'. Et ingredientē il luc. et auferent omnes offensiones cunctasq' abhominaciones ei' de illa. Et dabo eis cor unū. et spm nouū tribuam in uisceribus eoz. Et auferam cor lapideum de carne eoz. et dabo eis cor carneū ut in p̄ceptis meis ambulent et iudicia mea custodiant faciantq' ea. et sint m̄ in populum et ego sum eis in dñm. Quoz aut' cor post offendicula et abhominaciones suas ambulat. hoz uā in capite suo ponā dicit dñs ds. Et eleuauerūt cherubin alas suas et uote cū eis. et gl'a dñi de medio ciuitatis. iteritq' sup montē qui ē ad orientem urbis. **XI.**

**E**t sp̄c leuauit me. adduxit me in chaldeam ad transmigracionem in uisione in sp̄u dei. et sublata est a me uisio quam uideram. Et locutus sum ad transmigracionē omnia uerba dñi que ostenderit m̄. Et factus est sermo

dñi ad me dicens. fili hominis  
 in medio domus exasperantis  
 tu habitas qui oculos habent  
 ad uidendum & n̄ uident. & au-  
 res ad audiendum & n̄ audiunt.  
 quia domus exasperans est. Tu  
 g̃ fili hominis fac t̄ uasa trans-  
 migrationis. & transmigrabis  
 p̄ diem coram eis. Transmigrā-  
 bis aut̄ de loco tuo ad locū alte-  
 rū in conspectu eorū si forte as-  
 piciant. quia domus exasperans  
 est. Et efferes foras uasa tua q̄  
 si uasa transmigrantis p̄ diem  
 in conspectu eorū. Tu aut̄ egredi-  
 eris uesp̄e coram eis. sic egredie-  
 migrans. Ante oculos eorū pfode-  
 t̄ parietem. & egredieris p̄ eū  
 in conspectu eorū. In humeris  
 portabis. in caligine efferes. Fa-  
 ciem tuam uelabis & n̄ uidebi-  
 trā. quia portentum dedi-  
 te domui isrl̄. Feci g̃ sic p̄cepe-  
 rat m̄. Uasa mea protuli q̄ si  
 uasa transmigrantis p̄ diem.  
 & uesp̄e pfodi in parietem ma-  
 nu. In caligine egressus sum.  
 & in humeris portavi in con-  
 spectu eorū. Et factus est ser-  
 mo dñi mane ad me dicens. fi-  
 li hominis. numquid n̄ dixe-  
 runt ad te domus isrl̄ domus

exasperans quid tu facis. Dic  
 ad eos. Hec dicit dñs d̄s. Sup-  
 ducem onus istud quū est in ie-  
 rusalem & sup̄ omnē domum  
 isrl̄ que est in medio eorū. Vi-  
 cet. Ergo portentū ur̄m. Quo-  
 modo feci sic fiet illis. In trans-  
 migrationem & captiuitatem  
 ibunt. & dux qui est in me-  
 dio eorū in humeris portabit.  
 in caligine egrediet̄ parietem  
 pfodient ut educant eū. facies  
 eī opiet̄. ut n̄ uideat oculo trā.  
 Et extendam t̄te meū sup̄ illū  
 & capiet̄ in lagena mea. & ad-  
 ducam eum in babilonē in t̄-  
 ram chaldeorū. & ipsam n̄ uide-  
 bit ibiq̄ moriet̄. Et om̄s q̄ c̄ta  
 eū sunt. presidū eī & agmina  
 eī dispergam in omnē uentū.  
 & gladium euaginabo post e-  
 os. & scient quia ego dñs. qm̄  
 disperfero illos in gentib̄ & dis-  
 seminauero eos in t̄ris. Et re-  
 linquam ex eis uiros paucos a  
 gladio & fame & pestilentia.  
 ut narrent omnia stelerā eorū  
 in gentib̄ ad quas ingredient̄  
 & scient q̄a ego dñs. Et factus  
 est sermo dñi ad me dicens. fi-  
 li hominis. panē tuū in cont̄-  
 batione comede & aquā tuam

CHIEL.

in festinatione & merore bibe  
 & dic ad pplm terre. **Hec dicit**  
 dñs ds ad eos qui habitant in  
 ierlm in tñra isrl. Panem suū  
 in sollicitudine comedent. & aq̄  
 suā in desolatione bibent. ut  
 desolet terra a multitudine su  
 a p̄t iniquitatem omnium q̄  
 habitant in ea. & ciuitates q̄  
 nunc habitant desolate erūt  
 terraq; deserta & scietis quia  
 ego dñs. **Et factus est sermo dñi**  
 ad me dicens. **fili hominis.** qd̄  
 est puerbum istud uobis in t̄  
 ra isrl dicentū. in longum  
 differēt dies & p̄bit omnis  
 uisio. **Ideo dic eos.** **Hec dicit do**  
 minus ds. **Quiescere faciam**  
 puerbum istud. neq; uulgo  
 dicet̄ ultra in isrl. **Et loque**  
 re ad eos qd̄ appropinquauerūt  
 dies & sermo omnis uisionis.  
**Non enī erit ultra omnis ui**  
 sio cassa neq; diuinatio ambi  
 gua in medio filioꝝ isrl: q̄a  
 ego dñs loquar qd̄cumq; locu  
 tus fuerō uerbum & fiet. **Nō**  
 plongabit̄ ampli: s; in diebus  
 ur̄is domus exaspans loquar  
 uerbum & faciam illd̄. **dicit do**  
**Et factus est** **U** **mm̄ ds. XII.**  
**sermo dñi ad me dicens.**

fili hominis. ecce domus isrl di  
 centū. **Uisio** quam hic uidet  
 in dies multos: & in tempora  
 longa iste pphetat. **Propterea**  
 dic ad eos. **Hec dicit dñs ds.** **Nō**  
 prolongabit̄ ultra omnis sermo  
 meus: uerbum qd̄ locutus fuō  
 complebit̄ dicit dñs ds. **Et fact̄**  
 est sermo dñi ad me dicens. **fili**  
 hominis uaticinare ad pphas  
 isrl qui pphetant: & dices pro  
 phetantib; de corde suo. **Audi**  
 te uerbum dñi. **Hec dicit dñs**  
 ds. **Ve pphetis insipientib; qui**  
 secunt̄ sp̄m suū & nichil uident.  
**Quasi uulpes in desertis pphe**  
**tui isrl.** **Non ascendistis ex ad**  
 uerso neq; opposuistis murum  
 p̄ domo isrl: ut staretis in pre  
 lio in die dñi. **Uident uana &**  
**diuinant mendaciū.** dicentes a  
 ut dñs cum dñs n̄ miserit eos:  
 & p̄seuerauerunt confirmare  
 sermonē. **Numquid n̄ uisionē**  
**cassam uidistis:** & diuinationē  
 mendacem locuti estis. **Et dicit̄**  
**ait dñs:** cum ego n̄ sim locut̄.  
**Propterea hec dicit dñs ds.** **Qua**  
**locuti estis uana & uidistis mē**  
**daciū:** ideo ecce ad uos ait do  
 minus ds. & erit manus mea  
 sup pphas qui uident uana &

diuinant mendaciū In concilio  
 ppli mei n̄ erunt. & in scriptu  
 ra domus isrl̄ n̄ scribent̄ nec in  
 trāam isrl̄ ingredient̄. & scietis q̄  
 a ego dñs d̄s. eo qđ deceperint po  
 pulum meum dicentes pax & n̄  
 est pax. Et ipse edificabat parie  
 tem. illi autem liniebant eū lu  
 to absq; paleis. Dic ad eos q̄ lini  
 unt absq; tempatura. qđ casur̄  
 sit. Erunt enī imber mundans. &  
 dabo lapides pregrandes desuper  
 irruentes. & uentum procelle dis  
 sipantem. Siquidem ecce cecidit pa  
 rtes. Numquid n̄ dicet̄ uobis u  
 bi ē litura quam leuistis. Prop  
 terea hec dicit dñs d̄s. Et erumpē  
 faciam spm̄ tempestatum in in  
 dignatione mea. & imber mun  
 dans in furore meo erit. & lapi  
 des grandes in ira in consumma  
 tionem. & destruam parietē quē  
 leuistis absq; tempamento & ad  
 equabo eū tertē. & reuelabit̄ fū  
 damentum ei & cadet & consume  
 t̄ in medio ei. & scietis quia ego  
 dñs. Et complebo indignationē  
 meam in pariete & in hīs qui  
 liniunt eum absq; tempamento  
 dicamcp̄ uobis. Non est paries  
 & n̄ sunt qui liniunt eum p̄phe  
 isrl̄ qui prophetant ad ierlm̄ &

uident ei uisionem pacis & n̄ ē  
 pax. ait dñs d̄s. Et tu fili hōis  
 pone faciem tuam contra filias  
 ppli tui que prophetant de corde  
 suo. & uaticinare ad eas & dic.  
 Hec dicit dñs d̄s. De qui consu  
 unt puluillos sub omni cubi  
 tu manus. & faciunt ceruica  
 lia sub capite uniuerse etatis  
 ad capiendas animas. Cum ca  
 perent aīas ppli mei uiuifica  
 bant aīas eoz. & uiolabant me  
 ad pplm̄ meū p̄t pugillū or  
 dei et fragmen panis. ut int̄  
 ficerent animas que n̄ morim̄  
 t̄. & uiuificarent animas que  
 n̄ uiuunt. mendicantes p̄plo me  
 o credenti mendaciis. Proptere  
 a hec dicit dñs d̄s. Ecce ego ad  
 puluillos uros quib; uos capi  
 tis animas uolantes. & disru  
 pam eos de brachijs ur̄is. & di  
 mittam animas quas uos capi  
 tis animas ad uolandum. &  
 dirumpam ceruicalia ur̄a &  
